

Alte Drucke

Pavli Castrensis In ... Codicis Partem Patauinae Pr[a]electiones, Francisci Curtij, multorumq[ue]; qui hactenus Doct. incubueru[n]t Appendicibus ...

Paulus <Castrensis>

Lugduni, 1553

Quando libellus principi datur lit. contest. faciat. Rubr.

Nutzungsbedingungen

Die Digitalisate des Francke-Portals sind urheberrechtlich geschützt. Sie dürfen für wissenschaftliche und private Zwecke heruntergeladen und ausgedruckt werden. Vorhandene Herkunftsbezeichnungen dürfen dabei nicht entfernt werden.

Eine kommerzielle oder institutionelle Nutzung oder Veröffentlichung dieser Inhalte ist ohne vorheriges schriftliches Einverständnis des Studienzentrums August Hermann Francke der Franckeschen Stiftungen nicht gestattet, das ggf. auf weitere Institutionen als Rechteinhaber verweist. Für die Veröffentlichung der Digitalisate können gemäß der Gebührenordnung der Franckeschen Stiftungen Entgelte erhoben werden.

Zur Erteilung einer Veröffentlichungsgenehmigung wenden Sie sich bitte an die Leiterin des Studienzentrums, Frau Dr. Britta Klosterberg, Franckeplatz 1, Haus 22-24, 06110 Halle (studienzentrum@francke-halle.de)

Terms of use

All digital documents of the Francke-Portal are protected by copyright. They may be downloaded and printed only for non-commercial educational, research and private purposes. Attached provenance marks may not be removed.

Commercial or institutional use or publication of these digital documents in printed or digital form is not allowed without obtaining prior written permission by the Study Center August Hermann Francke of the Francke Foundations which can refer to other institutions as right holders. If digital documents are published, the Study Center is entitled to charge a fee in accordance with the scale of charges of the Francke Foundations.

For reproduction requests and permissions, please contact the head of the Study Center, Frau Dr. Britta Klosterberg, Franckeplatz 1, Haus 22-24, 06110 Halle (studienzentrum@francke-halle.de)

urn:nbn:de:gbv:ha33-1-150729

ut habere voluntatē principis: sed per importunitatem obtinere intentio principis sit q. leges seruentur. Item ab ista regula ponit duas exceptiones. prima est. quādo nulli nocerēt, & proderent petenti. ex qua exceptione apparet q. regula intelligitur quando sunt alteri nociua. sup. non parum. sed multum. vt s. eo. l. quoties. & hoc in gl. ij. & ad hoc j. de p. p. l. i. c. ubi. l. fin. lib. xij. Alia exceptio est. quando contineret indulgentiam delicti. ubi iam commissi. nam super committendo nō potest cōcedi rescriptum. & si concederetur. non valeret: quia praeberet materiam delinquendi. sicut nec valeret pactum: vt in l. cōueniē. re. de pac. dota. ¶ Item intellige quando per rescriptum remittitur poena ex qua fiscus non augetur. vt poena corporalis: vel in famia: vt gl. si. Si verō pecuniaria: ex qua fiscus augetur: vel confirmatione bonorū: tunc videtur quod nō valeat: quia esset dāno sum rei publicae: vt s. eo. l. nec dāno. vel dic secundū Bal. ibidē quod si poena nondū est exacta. nō reputatur rescriptum dāno sum propter odium poenae: secus si esset exacta. vt j. de peti. bon. subla. l. i. Et est canonizata ista l. xxv. q. ij. c. rescripta. & fuit Theodolij & valentiniani. & ibi vide bonā glo. quae exemplificat istā regulā multis modis inter alios per l. causas vel lites. j. de trāfact. & l. peremptorias. j. sen. res. in. nō pos. & s. eo. l. quoties. ver. quid autem procedit autē ista: nisi in rescripto cōtineatur clausula nō obstantē quacūq. l. contrarium disponente. vel nisi in eo diceretur quod princeps cōcessit motu proprio. nā ista verba habent vim clausulae praedictae. vt in d. l. j. de pe. bo. subla. vel nisi diceretur quod ex certa sciētia princeps concessit. vt in l. idem Vlpia. mas. ff. de excu. tut. iuncta glo. quae est in ele. & si principalis. de rescrip. ¶ Intelligo tamē omnia ista in his quae princeps potest facere seu tollere: vt sunt ista quae consistunt in iure ciuili. secus in his quae non potest: vt in his quae consistunt in iuregen. vel naturali secundum not. per gl. in l. quoties. s. eo. & per Cyn. hic. & per Bart. in l. si contra ius vel vit. publi. Item intelligo in his quae quis acquirit ex suo facto vel industria. quae difficiliter possunt ubi auferri iuxta ea quae not. in l. id quod. ff. de lega. j. sed in his quae ipse princeps cōcessit. licet ius esset alteri acquisitum. si tamen ille esset subditus. sicut princeps cōcessit ita & auferre potest. vt patet in priuilegijs ex quibus acquiritur ius ei cui cōcessa sunt. & tunc cōcedens potest auferre. si cōcessit vt princeps. & per modum priuilegij. secus si vt priuatus. & per viam cōtractus ad quod vide qd. ponit Bal. post Nico. de ma. in l. qui se patris. j. vnde libe. Item si per modū priuilegij cōcessisset ei qui nō esset subditus: vt Papa alicui laico: vel Imperator alicui ecclesiae: nam nō posset sibi auferre: vt sentit Inn. in c. nouit. de iudi. super ver. Theodolius. De prima autē exceptione pone hic exemplū per l. i. quando j. de inoffi. test. si cōcederet alicui q. posset testari sine solennitate iuris: sed quid si concedit pupillo quod testari posset: Bal. tenet non valere. nisi rescriptum cōtineat clausulam vel aliā de iudicis tribus. quia tendit in praedictū venientium ab iudice. & contrarium puto. quia illi nullum ius habet uiuente pupillo. vnde nō possunt cōquari. quia videretur solliciti de hereditate viuētis. valet ergo rescriptū qn. alteri non nocet. licet sit cōtra ius: etiā si nō cōtineat aliquod de dictis tribus. & idē qn. cōtinet indulgentiam criminis. aliā nō esset differentia inter regulas exceptiones. ¶ In gl. j. ibi [non autem potest intelligi. j. de l. illud quod hic dicitur in ver. [nisi. j. q. qn. rescriptū contra ius nocet: & prodest petenti. valet: quod ego intellexi etiā si continet clausulā derogatoriā. vel motū propriū. vel certā sciētiā. nā illud nō pot. intelligi eo casu quo per l. expresse prohiberetur impetratio: quia tūc etiā si neminē lederet. nō valeret: subaudi tūc cōtineret clausulā derogatoriā. vel motū propriū: aut certā sciētiā: vt in l. j. si nup. ex rescri. pete. & l. ij. s. de sum. trā. quādo. l. i. c. ra. dicit requiri etiā secundā iustitiā. Pet. cōtra. quod est verius: vt dixi s. eo. l. nec dāno. aut ergo rescriptū est secundum ius. & valet: etiā si alteri noceat: aut est cōtra ius. & tūc aut prohibetur expresse impetratio: & non valet: etiā si nulli noceat: aut nō prohibetur expresse impetratio. & tūc aut alteri multum nocet. & nō valet: vt in regula huius l. nisi cōtineat alterū de illis tribus. aut nulli nocet. vel parū: & tunc valet etiā si nullum de praedictis cōtineat. Vltimō opp. cōtra vltimā excep. de l. venia. j. de in ius voc. Sol. ibi poena veniebat applicāda parti. vnde princeps per suū rescriptum sibi nō aufert. nec valeret rescriptū non continens clausulam derogatoriā. secus quādo venit applicāda

fisco. & ita intelligitur hic. sed cōtra de l. mācipia. j. de ser. fugi. in fi. Sol. speciale est ibi in officialibus publici qn. delinquit in officio negligēdo. vel malē faciendo: vt nō valeat rescriptū cōtinēs remissionē poenae: subaudi si nō cōtinet clausulam derogatoriā. ¶ Actor in suo libello quando facit mentionem de aliquo instrumento. si facit quod dicat substantiam. & referat se ad instrumentum. & item in appellatione. qui habet neceffe in appellatione facere mentionem de sententia lata contra se. ¶ Quando pars petit sibi fieri copiam instrumenti a parte quod continet diuersa capitula. non debet fieri nisi de eo quod pertinet ad petentem. & item si peteret a notario. iudex debet totum instrumentum exhiberi.

LEX VIII.

Instrumentorum. ¶ Quando in supplica da neceffe est facere mentionē de aliquo instrumēto. nō debet. nec est neceffe ponere totum tenorē de verbo ad verbum: sed sufficit & debet fieri mētio de substantia in breuius verbis si tamē in aliquibus verbis instrumenti oriēt quēstio. debent illa sola inferri: & non alia. h. d. ¶ No. ergo q. actor in suo libello qn. facit mentionē de aliquo instrumēto. debet seruare formā huius l. quia nō debet esse verbosus. sed sufficit q. dicat substantiā. & remittat se ad instrumentū: puta vt cōtineat in instrumēto publico manu talis notarij. & eodē modo appellans: qui habet neceffe in appellatione facere mentionē de sententia lata cōtra se. vt nō habet neceffe ponere totum tenorē sententiae de verbo ad verbum: sed sufficit q. exprimat substantiā eius quod est contra se: facit l. si. s. in his. j. de temp. app. ¶ Item Cy. inducit istū tex. in sol. & c. quando pars petit sibi fieri copiam instrumenti a parte quod continet diuersa capitula. non est fienda: nisi de eo quod pertinet ad petentem. vnde si legatarius petat. debet sibi fieri copia de particula sui legati: & etiā institutionis. a qua legatum dependet: non de alijs legatis vel particulis: & idem si peteret a notario qui rogatus: quia notarius non debet sibi publicare nisi particulam ad ipsum pertinentem. Decretalis autem contingit. de fide instru. declarat q. iudici debet totum instrumētum exhiberi: sed ipse debet mandare vt tradatur parti petenti solum particula quae pertinet ad eum.

Quando libellus principi datur lit. contest. faciat. Rubr.

1. Rescriptum non trahitur retro ad tempus date supplicationis. sed in eo ponitur tempus signate supplicationis.
2. Rescriptum delegationis impetratum contra Titium. etiam si iuritate ipsius Titius nunquam fuit in ius uocatus. & mortuus sit. extenditur contra heredes eius: licet in rescripto de herede nulla sit facta mentio.
4. Quā si rescriptum non faceret actionem transitoriam ad heredem.

LEX I.

Dubium. ¶ Supplicatio porrecta principi su per obtinendo iudice delegato in actione praetoria & temporali. si rescriptū & delegatio fuerint subsecuta. habet vim lit. cōtest. quātum ad duos effectus. s. vt faciat illam actionem transitoriam ad heredē. licet de sui natura nō esset: & sic perpetuat actionē quō ad transmissionē. Item quō ad faciendū ipsam perpetuā respectu tēporis: quia si erat annalis. vel minoris tēporis. perpetuat vsq. ad quatuor annos: sicut per verā contestationem. h. d. ista l. cū seq. & sunt notabiles. Praemitte q. actiones praetoriae & poenales regulariter sunt annales. vel minoris tēporis. & nō trāseūt cōtra heredē ante lit. cōtest. vt in l. de perpe. & tēpo. act. & idē si sint rei persecutoriae: tamen datur cōtra dispositionē iuris ciuilis. vt est vtilis actio rescissoria personalis vel realis. quae datur concessa restitutione: vt in l. fin. j. quib. ex cau. ma. & in l. in honorarijs. s. sed cum rescissa. ff. de actio. & obli. dicitur etiā in istis l. quod si super eis porrigatur supplicatio principi. vt det iudicem delegatū. & sequatur datio. perinde est ac si lis foret contestata. sicut per veram contestationem perpetuaretur respectu transmissionis ad heredem. & respectu tēporis. vt in l. fin. j. de anna. excep. ita etiā per talem libellum supplicatorium secuto respectu in alijs autem actionibus ciuilibus de sui natura perpetuis qualiter interrumpatur praescriptio. & perpetuet actio. dic vt in l. si in prin. ff. de eo per quem fac. erit. & ibi vide Bar. nam in illis non habent locum iste l. ¶ Venio ad casum or. ecc. & nota quod l. j. supplet primam. quia prima videretur requirere solum obligationem praecum. sed l. ij. supplet quod requiritur etiā

Pauli de Castro Prima super Codice.

¶ Ut lite pendente. Adde quando dicat lis pendere & dic vt per glo. in c. ij. extra. co. tit. & per Alexan. de imo. in l. cu. nouisti mi. C. de prescriptio. xxx. anno. practi. Pa. pten. in forma libelli in rei ven. in ver. ex. cept. lit. pen. & Card. late in cle. ij. extra co. tit. Fran. cur.

¶ Tempus presentationis. Adde. c. eam te. & c. constitutus. de rescript. c. si eo tempore. eo. tit. lib. vj. Anton. de bur. in c. dilectus. el. ij. de preben. Arch. in c. si solt. de concess. preben. lib. vj.

rescriptio & concessio: nisi enim delegaretur iudex vt petum est: non fieret perpetuatio per solam porrectionem precu, sed pone quod tempore porrectionis supplicationis tempus actionis nondum erat elapsum: sed tempore quo supplicatio erat signata & delegatio fuit concessa: iam erat elapsum tempus, & sic act. erat extincta, an resuscitabatur dic quod non: quia debet inspicit tempus rescripti, & tempus supplicationis porrectionis. casus est. j. tit. prox. l. j. sicut enim post lapsum tempus & actionem extincta non admitteretur supplicatio super eo resuscitando per l. causas vel lites. j. de trasac. & per l. quoties. s. tit. j. licet ante ipsam extinctam bene admittatur ad ea perpetuandam, quia facilius conseruatur in esse quam quod resuscitetur extincta. vt no. in simi. in l. si testamētum. ff. de testa. & ita si porrecta fuit supplicatio, tempore quo adhuc non erat extincta, non debet admitti rescriptum emanans postquam extincta est: quia non trahitur retro ad tempus datae supplicationis. nam in rescripto ponitur tempus signatae supplicationis, non porrectionis. & illud est tempus datae. ¶ Et no. in hac l. j. secundum Doctorem. q. rescriptum delegationis impetratum contra Titium, etiam si virtute ipsius Titius nunquam fuit in ius vocatus, & mortuus sit, extenditur contra haeredes eius: licet in rescripto de haerede nulla sit facta mentio: & potest haeres virtute ipsius citari, sed illud est verum in casu huius legis. qm rescriptum habet vim lit. conte. vt faciat actionem transitoria contra haeredem. nam nisi haeres posset conueniri virtute illius, videretur frustratorium: vel posito quod non esset quod posset conueniri coram alio iudice. attamen sicut illud rescriptum facit actionem transitoriam, ita etiam durat: vt virtute ipsius possit actio in iudicium deduci coram illo delegato, sed quando rescriptum non operaretur illum effectum, quod faceret actionem transitoriam ad haeredem, quia esset de sui natura transitoria, & tunc an virtute rescripti impetrati contra certam personam si contra illam non erat lis inchoata, vel facta citatio, an virtute ipsius possit in iudicium trahi haeres eius. dic vt plenè not. per Canonistas in c. significauit. de rescrip. & de iud. c. quia. & de fo. compe. c. dilecti. Declarat etiam lex secunda legem primam, & restringit eam ad actiones pratorias annales. Bald. intelligit esse idem etiam cum durant minori tempore, vt redhibitoria, vel quanto minoris. qm durant. vj. mensibus.

¶ Ut lite pendente uel post prouocationem aut diffinitiuam sententiam nulli liceat supplicare imperatori. Rubri.

¶ No. quoniam habemus duos tit. l. i. in quo tractatur. An pendente lite super aliqua causa vel actione sit licitum alicui supplicare principi, vt aliquid concedat super illa lite, vel mandet fieri de quo etiam loquitur ti. in authentica. in me. lit. non fieri sacras formas vel iuliones. Item habemus alium titu. j. de litigio. in quo tractatur quod lite pendente non sit licitum parti vel reo aliquid innouare, puta actionem alteri cedere, vel rem de qua litigium est alienare, quia sunt effectus litigiosae, & Canonistae habent titulum vt lite pendente, in quo tractatur de omnibus praedictis tam in decretalibus quam in vj. & cle.

¶ Rescriptum non trahitur retro ad tempus supplicationis: sed habet vim ex tempore signaturae supplicationis, & hoc in gratiosis, & quid in contentiosis.

¶ Iudex delegatus in quibus casibus possit a principe impetrari.

¶ Procurator meus si me infelice impetravit mihi iudicem delegatum in casu in quo licitum est impetrare: ego ignorans contestatus sum litem coram ordinario: non potero postea ordinariam declinare nisi impetratione.

¶ Sententia lata post signaturam supplicationis, & ante presentationem rescripti, ualeat: nec potest irritari uirtute rescripti postea presentati: sed lata post presentationem rescripti non ualeat. & nu. x.

¶ Sententia diffinitiva quod etiam appellatur decretum: sed strictè loquendo decretum sumitur pro alia interlocutoria, uel pro interpositione autoritatis.

LEX I.



Licet postquam. ¶ Lex ista loquitur quando supplicatio fuit porrecta lite pendente: sed rescriptum fuit subsecutum lite finita. Lex autem secunda loquitur qm supplicatio sit porrecta

lite pendente. Et etiam rescriptum subsecutum lite nondum finita. Lex autem si loquitur qm post lite finita fuit porrecta supplicatio, & rescriptum concessum. & ista l. j. d. snia non retractat uirtute rescripti postea subsecuti: licet supplicatio fuisset prius porrecta. h. d. notabiliter. ¶ Et sic rescriptum non trahit retro ad tempus supplicationis: sed habet vim ex tpe supplicationis: licet dudum post litere expediat. hoc tñ in gratiosis, vt in beneficiis. vt in c. tibi qui. de rescrip. lib. vj. Sed in contentiosis videtur attendi tempus praesentationis. qm antequam literae praesententur iudex habet iustam causam ignorandi. & videtur delinquere si aliquid faciat quod sit contra tenorem rescripti per ea quae not. in c. ex conuersione. de rest. spo. per Inno. Et pone hic exemplum, per ea quae dixi in praecedenti tit. vel pone q inchoauit lit. conte. coram iudice ordinario, lite pendente supplicasti principi quod causam ad se aduocaret, & auferret de manibus ordinarij: qd forte habebas ipsum suspectum: vel quod delegaretur cuida alteri: antequam princeps supplicationem signaret iudex ordinarius tulit sententiam contra te, tu aut praesentasti rescriptum post sententiam concessum & expediatum. & dicis uirtute illius sententiae tunc nullam ex defectu iurisdictionis, quia princeps ad se causam aduocauit, vel alteri legauit, & sic abstulit iurisdictionem iudici ordinario: vt in c. significasti. de offi. or. ego replico uirtute rescripti post sententiam impetrati non posse sententiam retractari: vt j. sen. rescrip. non pos. l. j. tu replias quod licet rescriptum fuit concessum post supplicationem, tamen data fuit dudum ante. & hoc probas, certe non sufficit tibi, quia non inspicitur tempus supplicationis datae. h. d. l. ista. l. nota. ¶ In glo. i. ibi. ¶ nam etiam ante non est aduocandus princeps. ¶ Subaudi vt det iudicem delegatum in causa omisso ordinario. Itē intellige q non est aduocandus nec per actorem nec per reum, nisi in casu qui sequitur qm ordinarius requisitus negligenter iustitiam facere, & hoc respicit personam actoris, vel nisi pars impetrans delegatum sui aduersarij potestiam phorresceret: vt j. qm imper. inter pup. & vidu. l. vnica. & hoc respicit tam actorem quam reum. olim uero lecus: qd etiam reus trahatur a reo ad extraordinarium iudicem: vt in l. criminali. j. de iurif. om. iud. & no. p. Bart. in aut. qua in puincia. j. vbi de cri. agi. opo. vbi etiam dicit quod qm esset impetratus iudex delegatus eo casu quo potest impetrari, quod erat olim regulariter hodie non: nisi in praedictis casibus, q locus est praegressi inter ordinarium & delegatum: qd si ordinarius praesentet faciendo partem citari, delegatus non possit postea in ea praecedere: & si coram eo altera pars traheret, posset opponere exceptionem litis pendente coram ordinario. vt in l. si qs postea. & l. vbi coepit. ff. de iudi. quod intelligo nisi princeps ipsi ordinario iurisdictionem abstulisset, rescribendo q impetrans non posset coram eo conueniri, vel iurisdictionem ad se reuocando. ar. in c. quia cunctis. de concess. preben. lib. vj. & praedicta de iure civili: sed de iure canonico omisso ordinario impetrat delegatus in ea etiam extra praedictos casus: dñ modo non trahat aduersarius ultra vnam dietam a loco originis, vel cotraactus iuxta ea quae plenè habent in c. statutum. de rescrip. lib. vj. ¶ Sed pone. procurator meus me infelice impetravit mihi iudicem delegatum in casu quo licitum est impetrare, ego aut ignorans fui contestatus lite coram ordinario, an possim postea ordinariam declinare uia impetrationis tenet hic Cy. q no. argu. huius legis. & ff. man. l. si fideiussor. §. poena. & quod no. in c. vt debitus. de appel. Item queritur. ista l. loquitur quando post lata sententiam fuit signata supplicatio quae prius erat porrecta: quid si ante lata sententiam gl. super ver. iuggeris. tenet idem quod hic. Tu dic q illud est verum, si etiam literae non erant expediat ante lata sententiam, vel si erant, non erant praesentatae iudici. nā propter ignorantiam iudex coram quo ea vertebat censebat adhuc habere iurisdictionem, licet per rescriptum fuisset sibi ablata per l. si forte. ff. de offi. praesi. & per c. si duobus. de app. ¶ Ideo sententia lata post signaturam: & ante praesentationem rescripti ualeat. & tenet: nec potest irritari uirtute rescripti postea praesentati, ad quod bene facit. c. audita. de rest. spolia. sed si post praesentationem rescripti iudex ferat sententiam, non ualeret: quia sciret sibi iurisdictionem ablatam, ad quod vide quod not. in c. ex conuersione. de rest. spo. Item adde quod no. per Ioan. and. super data. vj. lib. bri. quod inspicitur tempus dati rescripti, quod est tempus signaturae: non tempus supplicationis porrectionis vt in hac l. Vltimo no. in vltima glo. iunctio tex. ¶ quod sententia diffinitiva appellatur decretum: sed strictè loquendo decretum sumitur pro alia interlocutoria, vel pro interpositione autoritatis: vt in titu. ff. de rebus

L. Supplicare. Si contra ius vel vti. pub. & c. 38

rebus eorum sine decreto non alienandis.

¶ Sententia dicitur esse de actis.

¶ Item appellatio continetur etiam interlocutorie & decreta que interponuntur que alia contineantur & nu. 4.

¶ Item copia semper est fienda, & etiam sententie cum die & consule, secus in alijs instrumentis privatis.

¶ Item probatur aliquam scripturam vetitam produci sub certa poena, quod eo ipso posset condemnari ad poenam sine alio processu.

LEX II.

Supplicare. ¶ Lite pendente coram vno iudice, non licet principi supplicare ut causa committatur alteri iudici, sed bene licet supplicare ut mandetur iudici causam quod faciat copiam actionis, vel pronuntiationis, quae prius fuerat denegata. Item post lata sententiam quae transiit in rem iudicatam, non licet supplicare ut causa finit retractetur, & iterum cognoscatur. & contrarium faciēs punitur. h. d. licet ergo ante causam coeptam coram ordinario possit supplicari ut alteri causa delegetur in duobus casibus: ut dixi s. l. prox. post. quia verò est inchoata coram ordinario, non licet etiam in illis impediri: ut causa de manibus illius aduocetur, & alteri committatur: sed bene licet impetrare mandatum illi iudici: ut in causa procedat, si forte erat negligens, vel ut alter iudex sibi adiungatur, si forte ille erat suspectus. & h. d. gloss. quae incipit. [scilicet interlocutorie.] quae ad tex. addit etiam duos casus, in quibus lite pendente licet supplicare. & hoc videtur procedere etiam de iure canonico: ut in c. fin. extra eo. & per Inn. in c. causae. lo. ij. de testi. licet secus sit quia causa non erat adhuc inchoata. & tunc dicitur ut dixi in l. praecedenti. Item post causam inchoatam & ante lata sententiam quae transiit in rem iudicatam, & tunc dicitur ut in secundo casu huius legis. & in l. ff. in gl. j. in fi. ibi: [Quia autem aliud privilegium petere, quicquid peti potest.] intelligitur h. d. si petatur aliud privilegium: non in illa causa quae pendet, nisi in illa, non valeret. ut in auth. in medio litis non fieri sacras formas. Itē intelligitur quod dicitur hic in prin. quia in rescripto impetrato non fieret mentio de litis pendente coram alio iudice. nam ex hoc redderet rescriptum surreptitium: quia si hoc fuisset expressum, principis verisimile est quod causam de manibus illius non auferret, nec alteri committeret. ad hoc faciunt etiam quae habentur in c. ut debuit de appel. secus si fieret mentio de pendente litis: quia princeps potest a quolibet inferiori iuridici aduocare. & causam per seipsum cognoscere vel alteri delegare: ut in l. iudicium soluitur. ff. de iudi. ¶ Deinde Doc. inducit istum tex. dū dicit [nisi vel actorum commanum, vel pronuntiationis.] quod sententia non dicatur esse de actis, & alternatiua ponatur inter ea tanquam inter diuersa. sicut & copula solet poni inter diuersa. ut in l. is qui ducetur. ff. de reb. dub. ad quod facit ff. de re iud. l. acta. & j. de re iud. l. vi. & de sen. quae sine cer. quatuor. l. vlti. & de app. l. a procōsulibus. Contrarium determinat Doc. per l. acta. ff. de re iud. & no. in l. in fraudē. §. neq. instrumenta. ff. de iur. fi. & hoc ibi tenet Bar. & Io. an. in ad. di. spec. tit. de sen. §. j. nec obstat iste tex. quia hic alternatiua ponitur inter genus & species: sicut in tit. de serui. & aqua. nam etiam & serui sunt aquae seruitus est. & in Euangelio. dicitur discipulis eius & Petrus quid de sententia ab obseruatione iudicis dicit Innoc. quod non est de actis. de offi. deleg. c. cōsuevit. contrarium puto. per ea quae ibi notantur. de prob. vbi appellatio actorum continetur etiam in interlocutorie & decreta quae interponuntur. ¶ Item no. ex isto tex. secundum Bal. quod semper est fienda copia actorum. & etiam sententie, supple etiam cum die & consule. & ita intelligitur iste tex. & l. ij. de eden. licet secus in alijs instrumentis priuatis: ut in l. j. §. editiones. ff. de eden. Item Bal. not. istum tex. circa fi. dū dicit [protinus condemnatur.] quod si quis producat aliquam scripturam vetitam produci sub certa poena, quod eo ipso potest condemnari ad poenam sine alio processu. ¶ Not. etiam gl. super verbo [actorum.] quae sunt illa quae comprehenduntur appellatione actorum. illa quae aguntur in iudicio sub audientia tenentis. de quibus gl. ponit exemplū. Idem si in iudicio voluntario: ut sunt emancipationes, vel dationes tutelae per ea quae no. Inn. in d. c. j. de proba. qui dicit quod omniū praedictorum fienda est editio cum die & consule: quia fuerit coram iudice vel magistratu: non sic in illis quae non coram iudice: sed coram nota rio licet non sit publica persona: nisi notarius hoc faciat ex privilegio notariatus. in quo continetur quod sit iudex ordinarius. nam posset ex hoc interponere auctoritatem in emancipationibus: sed an datio libelli sit de actis. vide Bar. j. de in ius voc. super rub. l. tē

vide hic ea quae not. per Gul. de cu. j. de iur. a. om. iud. l. nomen.

¶ Qui post sententiam latam contra se à qua non appellauerunt, uolunt puta Venetias ad dominationem, & supplicant quod causa iterum reuideatur, & recognoscatur, quod non debeant audiri, nisi ex iustissima causa.

¶ Supplicare est tunc licitum ei qui non potest appellare: quando sibi denegaretur appellatio ex privilegio iudicis iudicantis. secus si propter factum suum vel negligentiam, vel propter ius commune, quia bis appellauit & succubuit.

¶ Qui supplicat ut retractetur sententia, quae transiit in rem iudicatam, incurrit infamiam: & efficitur inhabilis ad testificandum, & quam aliam poenam patitur.

LEX III.

Qui licitam. ¶ Qui renuntiauit appellationi expressè vel tacite, non potest aduersus sententiam supplicare.

re. h. d. ¶ No. contra illos qui post sententiam lata contra se à qua non appellauerunt, vadunt Venetias ad dominationem, & supplicant quod causa iterum reuideatur, & recognoscatur, ut non debeant audiri: nisi ex iustissima causa. ut si allegaret se fuisse impeditos in appellatione interponenda. Itē per hanc legem declaratur. l. si quis aduersus. cū aut. ibi posita. s. titu. ij.

¶ Quod tunc sit licitum supplicare ei qui non potest appellare. quia sibi denegaretur appellatio ex privilegio iudicis iudicantis. secus si propter factum suum, vel negligentiam: ut hic. vel propter ius commune: quia bis appellauit, & succubuit: ut j. ne. lice. ter. prouo. & hic in

gloss. ¶ Not. mirabile in fin. quod incurrit infamiam qui supplicat ut retractetur sententia, quae transiit in rem iudicatam. & sic si produceretur in testem: posset sibi obijci quod non esset habilis. Patitur etiam aliam poenam, de qua in l. praecedenti. in fi. sed illud nunquam videtur practitari, tamen tene menti: quia posset tibi facere honorem, si casus occurreret. cum pauci sint qui aduertant, & scient de hoc excipere. sufficit.

Si contra ius uel utilitatem publicam, uel per mendacium fuerit aliquid postulatū uel impetratum. Rubric.

¶ Surreptitio reddit rescriptum gratiosum ipso iure nullum, sed ad lites ope exceptionis, & quid si in rescripto continetur clausula motu proprio, uel ex certa scientia?

Quod plus operetur motus proprius principis in rescripto quam clausula non obstante.

¶ Quaro, ad quid fuit necessarius iste tit. cū istud fuit expeditum in l. nec damno. & l. rescripta. s. de preci. imper. offer. in quibus dicitur quod rescripta impetrata contra ius vel utilitatem publicam non valent: Rnde quod illae loquuntur quando rescriptum non erat surreptitium: quia impetrans non expressit aliquid falsum, nec omisit aliquod verum. & tunc talia rescripta non vitiantur, nisi quia non videntur habere mentem principis. nisi apponatur clausula non obstante. vel fuit concessa motu proprio, vel ex certa scientia hoc expresso in rescripto. hic verò ti. loquitur quando fuerunt impetrata per mendacium expressum in supplicatione, vel per taciturnitatem eius: quod si fuisset expressum, princeps non concessisset, quo casu etiam si rescriptum contineret clausulam non obstante, non valeret. vel ipso iure vel in effectu. ipso iure si erat rescriptum gratiosum: ut j. eo. l. & si legibus. in effectu. id est, ope exceptionis si erat rescriptum ad litem. ut delegatio iudicis. ut not. j. eo. l. ij. & in c. ceterum. extra de rescrip. per Innoc.

¶ Et eo. titu. c. ad audientiam. ¶ In quibus not. quod subreptio reddit rescriptum gratiosum ipso iure nullum. sed ad lites ope exceptionis: sed si in rescripto contineretur quod motu proprio, vel ex certa scientia: tunc subreptio cessaret: ut in c. si motu proprio. de praeb. lib. vj. & sic plus operatur motus proprius quam clausula non obstante. de quo etiam habetur hic. in l. j. de pet. bo. sublati. lib. x.

¶ De actis. Adde Bart. in l. actionū. ff. de re iudic. Doc. in c. cū aterni. de re iudic. lib. vi.

¶ Copia actorum. Adde Barto. in l. fi. ff. de bo. autho iud. pos. & quid de copia articuloꝝ vel capituloꝝ vide Bal. in c. per tuas. in ij. col. de test.

¶ Appellatio actorum. Adde de hoc & dicitur per Alex. in l. acta. & in l. actorū. ff. de re iudic. & ibi quod venit semetia. glo. & ibi Bar. in l. fraudē. §. neq. instrumenta. ff. de iur. fi. Cano. in c. qm contra fallam. de proba. in c. in praesentia. de renunt. & in c. prudentia. in prin. de offi. dele. Et adde quod omnis scriptura quae fit coram iudice dicitur de actis. l. illud. & ibi gl. in verbo. actorū. & Bal. §. de sacrosan. eccle. adde Bal. in l. interrogatā. j. de libe. cau. vbi quod veniunt ea quae sunt coram iudice etiam non in figura iudicij. Cur.

¶ Subreptio reddit. Adde c. ad audientiam. el. §. de rescrip. Inn. in c. olim. de re iudic. & in c. cū olim. de cau. pos. & proprie.